Fragmentarium

iudicii rem. prom. De ceteris iurat dicere ueritatem ut sunt
de testibus inuenitur. Iuramentum uero litigatorum est quadriper
tium. nam cautionale. aliud de calumpnia. aliud in litem. quartum diffi
nitiuum. Cautionali quoque iuratur iudicio sisti. ut iudi
catum solui. ut in aut. de litigiis. § ad excludendas coll. viii.
de calumpnia. ut. § de iuram. ca. et c. de iur. propter. l. ii. et iii. Iu
ramentum in litem quo iurat tanti sua interesse. ut ar. ii. q. i. in pri
mis. glorios. et c. et ff. in litem iur. l. ii. et iii. Iuramentum
diffinitiuum quo uel actor iurat sibi deberi. uel reus se non debe
re. c. de rebus creditis. l. ii. et iiii. et ult. hoc autem iuramentum refer
tur a parte parti et hiis cum iuramentum referre. ut ff. e. mani
feste hodie uero quartum remedium est ad iniectum .s. iuramentum. illa
tum recusare. viii. s. de rebus. cum. l. ult. §. Si autem. Effectus
autem iuramenti diffinitiui est cum rei iudicate sententia feratur. ut c. de rebus
i. et ff. e. l. ii. et l. non est. § dato rem suadendum quod si a parte
fuit delatum iuramentum et prestitum non licet alicui appellare
siue a iudice licet; ut. c. e. l. ult. Illud in summa. no. quod
qui iurat quod sine mortali peccato impleri non potest debet
transgredi iuramentum. ut. xxii. q. iiii. Iuramentum in malis. Si
aliquid. Item no. quod si quis coactus iurauit quod sine mortali
peccato impleri potest. seruare cogitur. quod iurauit. se. i. e. quod
si uero. Item no. quod non uidetur peierare qui explicita causa deserit iuram
entum. ut. ff. qui sat. da. co. l. ult. et c. de ne pe. l. ult. Item illud
no quod ubi fraus uitatur ex parte iurantis. refertur iuramentum
ad intentionem recipientis. ubi uero ex parte recipientis refertur ad in
tentionem facientis. ut xxii. q. v. quacumque. et §. Si gratia et c. qui
peierare.

Audistis de probationibus sed quia sepe probantibus obstat prescriptio ad
eligendam intentionem actoris merito de prescriptione audi
atis diligenter attendentes quid sit prescriptio que res
possit prescribi. que eius species quid ad eam complendam exig
uatur quando interrumpatur. quis eius effectus que prescrip
tio currat pro ecclesia et contra. Prescriptio est exceptio ex tempore

License: cc-by-nc – Bern, Burgerbibliothek, Cod. A 94.9, 14r – Bernardus Papiensis, Summa decretalium
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-f8bw/5148/49266)